

No. 404. 1332.

B. Gebhard und das Capitel zu Merseburg leisten zu Gunsten des B. Withego und des Meissner Capitels auf das ihnen zustehende Recht an den Dörfern Gruna, Domsen und Wähltitz Verzicht.

Ad universorum praesentes intuentium notitiam, nos Gheuehardus dei gratia episcopus, Guncelinus praepositus, Engelbertus decanus totumque Mersburgensis ecclesiae capitulum cupimus pervenire, quod cum inter nos et ecclesiam nostram ex una ac venerabilem in Christo patrem et dominum, dominum Wytigonem episcopum et capitulum ecclesiae Misnensis parte ex altera super iure proprietatis seu domini vel quasi bonorum et villarum videlicet in Grūna, in Domatszowe et in Welitz^{a)} disceptatio exorta fuisset, nos contra dictum dominum Witigonem episcopum Misnensis ecclesiae praedictum communicato super hoc dominorum nostrorum et capituli nostri consilio, nullam volentes habere contentionis materiam, cedimus et renunciamus iuri proprietatis seu domini nobis et ecclesiae nostrae in praemissis bonis et villis ac eorum pertinentiis quocumque modo nobis competat seu contingat. In cuius cessionis et renunciationis testimonium sigillum nostrum una cum sigillo nostri capituli praesentibus est appensum. Actum et datum Mersburg anno domini M^o.CCC^o. tricesimo secundo.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden mit dem Siegel des Bischofs an einem Pergamentstreifen, das des Capitels ist abhanden gekommen.

a) Gruna, Domsen und Wähltitz bei Hohenmölsen, zwischen Pegau und Weissenfels.

No. 405. 1332. 26. Jan.

B. Withego II. und das Capitel zu Meissen bekennen, dass sie innerhalb des Gebiets des Stifts Merseburg bei dem Flusse Gruna, ausser den vorstehend genannten drei Dörfern kein Eigenthum und keinen Rechtsanspruch haben.

Nos Wythigo dei gratia episcopus ecclesiae Misnensis, Albertus praepositus, Thimo decanus, totumque eiusdem ecclesiae capitulum publice recognoscimus per praesentes, quod nullam proprietatem nec quicquam iuris habemus in finibus iurisdictionis venerabilis domini Mersburgensis episcopi sive suae ecclesiae praedictae prope fluvium qui dicitur Grona, praeter in infra scriptis villis scilicet Welitz, Domatzow atque Grona. In cuius rei testimonium nostrum et totius capituli ecclesiae Misnensis sigillum praesentibus duximus appendendum. Datum Misnae anno incarnationis domini M^o.CCC^o.XXX^o.II^o.VII^o. Kalend. Februarii in crastino conversionis Pauli apostoli.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Merseburg; von den an Pergamentstreifen befestigten Siegeln ist das des Bischofs abgefallen, das des Capitels beschädigt.